

tandem illo cooperante a quo cuncta bona procedunt per intercessio-
nem Beatae et Gloriose Uirginis Marie et Beatissimi Marci Aposto-
li (1) et Evangeliste sui et B. B. Apostolorum Petri et Pauli post
plures tractatus hinc inde habitos et demum per religiosos viros Fr.
Bonaventura de Yseo et Fr. Peregrinum de Bon, de Ordine Mino-
rum. discretus vir (2) Fr. Bonuixinus quondam Leonardi Sindicu-
actor et Procurator egregiorum Uirorum dominorum Guidosti de
Pontecarli Pot. Bon. et Ymole Iacobi Amorotti de Lanzaveglis Capit.
Pop. Bon. Comm. et hominum dicte Civit. Bon. ut patet in instru-
mento publico de Sindacatu facto manu Petri quondam Petrizoli
Tancredi Not. eius Syndacatus forma inferius continetur. In Chri-
sti nomine Amen. Anno eiusdem millesimo ducentessimo septuage-
simo tertio Ind. Prima die decimo intr. Augusto. d. Guidostus de
Ponte Carale Pot. Bon. et Ymole d. Iacobus Amorottus de Lan-
zaveglis Cap. Pop. Bon. cum consensu et voluntate omnium Anzia-
norum et Consulum Pop. Bon. ibidem presentium et videntium (3)
ac etiam de voluntate Fratris Peregrini Bonn. de Ordine Fratrum
Minorum secundum formam reformationis Consilii et masse Pop.
facta die nona intr. Aug. nomine ac vice Comm. Bon. et ex vigore
predicte reformationis et ex auctoritate eis concessa a toto Consilio
et massa Pop. et a duobus pro qualibet societate electis fecerunt
constituuerunt et ordinaveruat d. Fratrem Bonvixium quondam
Leonardi ibidem presentem eorum et Comm. Bon. Sindicu Pro-
curatorem actorem et nuntium speciale ad inquireendum tractan-
dum faciendum iurandum promittendum et compromittendum ordi-
nandum et componendum et firmandum pacem concordiam et tre-
guam inter Comm. et homines de Bononia et Civit. et districtu ex
parte una et Comm. et homines de Ueneciis et Civit. Ueneciarum
et districtu ex alia parte de omnibus guerris et discordiis que ver-
tuntur vel sunt inter ipsa Commuua qualicumque de causa dantes

(1) Nel cod. nostro leggesi soltanto *Beatissimi Marci Evangeliste*: vi manca
l' Apostoli e il suo.

(2) Nel Ms. ven. manca *discretus vir*.
(3) Nel cod. nostro: *ibidem volentium et presentium*.